Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

eum qui semper commendat ille probatus est, sed quem deus commendat. vtinam sustineretis modicum quod in sapientia mea: sed et supportate me. Emulor enim vos dei emulatione. Desponsi enim vos vni vno iuuenem castam exhibere xpo

Confitebor tibi Ps. Sapiendie

domine rex et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo magno. qui adiutor et protector factus es mihi et liberasti corpus meum a perditione. laqueo linguae iniquae et a labiis operantium mendacium. Et in conspectu ecclesiae factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem miserationum tuarum. Rugientibus paratis ad escam de manibus quaerentium animam meam: et de portis tribulationum quae circumdederunt me a presura flammae quae circumdedit me. et in medio ignis non sum estuatus. De altitudine ventris inferi et a lingua contaminata: et a verbo mendacii a rege iniquo et a lingua iniusta liberasti me. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum. et vita mea appropiabat in inferno deorsum. Circumdederunt me vndique et non erat qui adiuuaret. Respiciens etiam in adiutorium hominum et non erat qui adiuuaret. Memorata sum mihi domine. et misericordiae tue quae a seculo sunt. qui eris sustinentes te. et liberas eos de manu odientium te domine deus noster. Sermo libri Sapientie.

Omnipotens deus meus exaltasti super terram habitationem meam. et pro morte defluenti deprecata sum. Inuocauit deum patrem domini mei ihesu xpi. ut non derelinquat me in die tribulationis mee. et in tempore superbiae adiutorio laudabo nomen tuum assidue. et collaudabo illum in confessione et exaudita est oratio mea. liberasti me a perditione et eripuisti me de tempore iniquo. propterea confitebor et laudem dicam nomini tuo domine deus meus: epla Mulierem fortem quis in re felicitatis. Ps. sapie

Sapientia viuit in alitam Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter. et disponit omnia suauiter. Hanc amauit et exquisiuit sponsam mihi assumere. et amator factus sum formae illius. Generositatem illius glorificat conuiuium vitae dei: sed et dominus omnium dilexit illam. Doctrix enim est disciplinae dei. Ad corinthios

Fratres. De virginibus praeceptum domini non habeo consilium autem do tanquam misericordiam consecutus